



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

110. Commissi Nobis &c. Approbatio & Confirmatio Regularum Collegii,
seu Seminarii Missionariorum in Conventu S. Bartholomæi in Insula de
Urbe Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

1710.

Pœna inobedi-
entium.

advenerit occasio Missionis, & Sacram Congrega-
tionem certiorer: Quod si aliquis illorum ad def-
tinatas Missiones renueret, aut negligeret accedere,
arbitrio Sacræ Congregationis plectatur.

XIX. Ut autem dicti Ordinis Religiosi ali-
quo etiam temporali, congruoque alliantur præ-
mio, animosque fortius intendant ad libentius
semetipsos dicandos Sacro Missionum ministe-
rio, ac consequenter studiis præfatis, veluti ad
Missiones ipsas directis, tam Studentes, quam
Missionarii respectivè his privilegiis, quæ sequun-
tur gaudeant.

XX. II, qui in Missione aliqua per integrum
sexennium Præfati munere laudabiliter perfun-
cti fuerint, ad Lauream Magisterii promoveantur:
Si verò in Religione dictam Lauream jam as-
secuti fuerint, Patres Provinciæ declarentur. Alii
verò Missionarii, si per novennium in Missione
permanerint, eadem Magisterii laurea decoren-
tur, & si fuerint in Sacra Theologiâ Magistri, Pa-
tres quoque Provinciæ instituantur, ordine tamen
Sacræ Congregationis præcedente.

XXI. Studeant Superiores Ordinis singula de-
bitæ executioni demandare, in quibus eorum con-
scientias Sacra Congregatio onerat, relicta eorum
arbitrio facultate alia tam disciplinam, quam stu-
diorum profectum respicientia, supradictis tamen
firmis remanentibus, statuendi, & cum approba-
tione Sacræ Congregationis decernendi.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, Cardinales præfati, facta sibi per eum-
dem Secretarium omnium, & singularum Regu-
larum hujusmodi distincta relatione unanimi con-
sensu illas approbantes, confirmandas esse cen-
suerint; Hinc est; quod Nos inviolabili earum-
dem Regularum robori, & efficacia providere
volentes, supplicationibus eorumdem Cardina-
lium Nobis super hoc humiliter porrectis benignè
inclinati, easdem præinsertas Regulas cum om-
nibus, & singulis in eis contentis auctoritate A-
postolicâ tenore præsentium confirmamus, & ap-
probamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmi-
tatis robur adjicimus, & omnes, & singulos ju-
ris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet
intervenerint, supplemus, salva tamen semper
in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis
Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas,
ac Regulas hujusmodi semper firmas validas,
& efficaces existere, & fore, suosque plena-
tios, & integros effectus sortiri, & obtinere,
ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quando-
cumque spectabit, in omnibus, & per omnia ple-
nissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabili-
ter observari, sicut in præmissis per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causa-
rum Palatii Apostolici Auditores judicari, & desi-
niri debere, ac irritum, & inane, si secus super
his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus
Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis,
ac quatenus opus sit, præfati Conventus Assisien.,
& illius Ordinis, aliisque quibusvis etiam jura-
mento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmi-
tate alia roboratis statutis & consuetudinibus, sta-
bilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque
indultis, & literis Apostolicis in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis,
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis illo-
rum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter
expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs
in suo robore permansuris, ad præmissorum effec-
tum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè de-
rogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.
Volimus autem, ut earundem præsentium lite-
rarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis,

manu alicujus Notarii publici subscriptis, & si-
gillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ
munitis, eadem prorsus fides in judicio, & ex-
tra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus,
si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum
Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die
21. Januar. MDCCX. Pontificatus nostri An-
no decimo.

F. Oliverius.

APPROBATIO

Et confirmatio Regularum Collegii, seu Semina-
rii Missionariorum in Conventu S. Bartholomæi
in Insula de Urbe Ordinis Fratrum Minorum
de Observantia nuncupatorum destinati.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Commissi Nobis divinitus Sacrosancti Aposto-
latus Officii ratio postulat, ut illis, quæ pro-
vido consilio pro Collegiorum, seu seminario-
rum, in quibus Religiosi Viri ad Christianam fi-
dem, Catholicam Religionem propagandam
mittendi opportunè instituantur, salubri directione,
felicique progressu constituta esse noscuntur, quò
firmius subsistant, & serventur exactius, Apostoli-
ci muniminis adjungamus firmitatem.

§. 1. Aliàs siquidem Nos juxta Decretum,
quod prius, nempe in Congregatione Venerabili-
um Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præ-
positorum die tertia Octobris MDCCVII. coram
Nobis habita edideramus, dilectis Filiis quorum-
dam Religiosorum Ordinum Superioribus præce-
pimus, ut omninò, ac quamprimum suo quique in
ordine Conventum aliquem, veluti pro Seminario
Missionariorum, ad instar Seminariorum, seu Col-
legiorum in Sancti Pancratii propè, & extra muros
Urbs Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de
Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum,
ac Sancti Petri in Monte Aureo de eadem Ur-
be Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci
de Observantia Reformatorum etiam nuncupa-
torum Conventibus respectivè institutorum de-
putarent, in quo diu, ac diligenter vocatio, &
spiritus eorum, qui Missionibus destinarentur,
probaretur, ipsique etiam ibidem de omnibus,
quæ ad hoc Apostolicum ministerium cum lau-
de, & fructu exercendum utilia, ac necessaria
forent, plenè instruerentur; quatenus verò in ali-
quo ordine Conventus hujusmodi destitatio ad
hunc effectum tantum non tam cito fieri posset,
donec ea fieret, ea omnia in aliquo Conventu,
vel Domo ejusdem Ordinis, ubi Regularis obser-
vantia magis vigeret, executioni mandarentur.

§. 2. Porro in præmissorum implementum,
sicut præfati Cardinales Nobis nuper exposuerunt,
novissimè in Conventu Sancti Bartholomæi in In-
sula de Urbe præfata Ordinis Fratrum Minorum
Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum
novum Collegium, seu Seminarium pro Missio-
nariis hujusmodi erectum, seu destinatum, nec
non Dormitorium pro duodecim Religiosis ad lo-
ca Terræ Sanctæ, & aliàs Missiones expediendis
assignatum fuit, ac insimul nonnullæ Regulæ pro
novo Collegio, seu Seminario hujusmodi con-
fectæ, illeque ipsis Cardinalibus, ut ab iis con-
firmarentur, exhibitæ fuerunt tenoris, qui se-
quitur, videlicet: *Regulæ, & provisiones pro novo
Collegio, seu Seminario Minorum Observantium*

1710.
Transumptis
eadem fides
adhibenda, ac
præsentibus

CX.

Procemium.

Causa erec-
tionis Colle-
gii, seu Se-
minarii.

Erectio Col-
legii in Con-
ventu S. Bar-
tholomæi in
Insula.

Regulæ, &
provisiones
pro novo
Collegio, seu
Seminario

ANNO 1710.

Assignatio Dormitorii cum duodecim Cellis pro Collegialibus & aliis pro Lectoribus.

Titulus Collegii, seu Seminarii.

Qualitates eligendorum.

Non sint minores 25. annorum, nec majores 35.

Ex omnibus Provinciis delegantur

Pœna contra dissuadentes accedere ad Collegium.

Exercitia spiritualia in ingressu à singulis peragenda.

Formula juramenti præfati à Collegialibus.

crecto in Conventu Sancti Bartholomæi in Insula ejusdem Ordinis à Sacra Congregatione Generali de Propaganda Fide confirmandæ.

I. Cum à Congregatione particulari habita die 12. Septembris MDCCLXIX. resolutum fuerit esse destinandum locum, seu Dormitorium in dicto Conventu pro duodecim Religiosis expediendis ad loca sancta, & respectivè ad alias Missiones, & P. Cælestinus à Mediolano Vice-Commissarius Generalis assignaverit Dormitorium è conspectu Palatii Dominorum de Sabellis continens duodecim Cellas, & alias contiguas pro Lectoribus juxta numerum inferius præfigendum, confirmanda videtur dicta assignatio, & ponenda in principio Dormitorii, vel in loco aptiori inscriptio.

COLLEGIUM, SEU SEMINARIUM PRO MISSIONIBUS SANCTORUM, ET ALIORUM LOCORUM.

II. Ut Missionum munus, quod verè Apostolicum est, per viros undequaque idoneos omni cura, & fervore, ac cum fructu exerceatur, incumbat Superiori Generali eligere Religiosos Regulari disciplina, probitate morum, ac zelo gloriæ Dei præditos, & ad animarum salutem eximia charitate accensos, qui veluti Candelabra super Montium jugis sita, ad tenebras tam Infidelitatis, quàm Hæreseos pro viribus dissolvendas sint apti, quique nec minores sint annis viginti quinque, nec trigesimo quinto majores, exceptis tamen Lectoribus Jubilatis, & Sexennialibus Sacræ Theologiæ ad has Missiones divinitus vocatis, dummodò tamen quadragesimum annum non excedant, robusta quoque corporis valetudine polleant ad jugiter laborandum in vinea Domini, & quidem indistinctè, tam pro locis Terræ Sanctæ, quàm pro aliis Missionibus: Theologiæ pariter cursum expleverint, ac Lectores, seu Concionatores fuerint, aut saltem in Morali Theologiâ benè versati, illosque non ex sola Italia, sed ex omnibus Provinciis advocare curet, & plures etiam ex unâ Provinciâ, dummodò sic electi prædictas habeant qualitates, moneatque insuper Provinciales, Guardianos, aliosque, si opus fuerit, Religiosos, ne accedere volentes ullo modo retrahant, & contra tales dissuadentes, ac malè consulentes, pœnas comminetur privationis vocis activæ, & passivæ, aliasque arbitrio Sacræ Congregationis.

III. In ipso ingressu singuli exercitia spiritualia peragant per decem, aut saltem octo dies, cum omne donum perfectum defursum sit, descendens à Patre luminum, & deinde immediatè in manibus dicti Patris Superioris Generalis Cisfontani, aut eo absente, alterius ab eo deputandi juramentum juxta infra scriptam formulam præstent, illudque ad Sacram Congregationem transmittatur. Formula juramenti talis est:

Ego Frater N. professus in Conventu N. Provinciæ N. Ordinis Sancti Francisci de Observantiâ, juro & promitto in manibus Paternitatis Vestræ Reverendissimæ N., sive Superioris delegati me ab hoc Seminario non discessurum, neque discedere procuraturum mediatè, vel immediatè per me, vel per interpositam personam, nisi ex legitimâ causâ admittenda à Paternitate Vestra Reverendissima, vel à vestris Successoribus canonicè intrantibus, & non aliâs. Insuper pro Fidei Catholice propagandæ causâ, ac salute Infidelium procuranda, ad loca Terræ Sanctæ, aut aliam quamcumque Provinciam, vel Regnum sine aliqua repugnantia, & exceptione quodcumque iturum, & ad illam partem ex dictis locis, aut Provinciis, ad quam à Paternitate Vestra Re-

verendissimâ ero destinatus, & missus; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia: Ego N. N. affirmo ut supra manu propria.

IV. In dicto Seminario permancant spatium duorum annorum, & non ultra, nisi fortasse cum aliquo ob insignis spem profectus, vel ex alia legitima causâ censuerint Lectores protrahendam esse moram ad triennium, idque cum dispensatione in scriptis Patris Superioris Generalis Cisfontani, & Sacræ Congregationis.

V. In omnibus Collegiales subsint, prout etiam Lectores obedientiæ Guardiani, & Superiorum Ordinis respectivè, sicut cæteri Fratres, & Lectores de Familia, ac de his habeatur, dum in Seminario permanferint, eadem ratio, ac si hujus Provinciæ Fratres essent, tum circa præcedentiam juxta susceptionem habitus, cum hac tamen declaratione respectu Lectorum Jubilatorum, & Sexennialium, ut dum acti sunt Collegiales, præcedentia, & præ eminentiis ipsis competentibus secundum statuta Ordinis fruantur, & si Sexennales in propriâ Provinciâ locum non haberent, sint immediatè post ultimum aggregatum de numero. Tum etiam circa reliqua eorum Religiosis necessitatibus convenientia, exceptis his, quæ sequuntur hoc modo; nempe Vestiarium cuique ex dictis studentibus subministratur à singulis respectivè eorum Provinciis juxta morem in Religione observatum ac practicum erga alios Studentes. Quo verò ad Lectores actu legentes Vestiarium subministratur ex pecuniis Terræ Sanctæ mediante Syndico Apostolico, eisdemque Lectoribus, prout etiam sex Studentibus ex eisdem pecuniis subministratur cæteræ, quæ in Religione vocantur necessitates. Quo verò ad alios sex subministratur à Guardiano dicti Conventus, & Dominus Secretarius Sacræ Congregationis supplicabit Sanctissimo pro elemosinâ Missarum in dictâ Ecclesiâ Sancti Bartholomæi celebrandarum pro sex ad minus dictorum Lectorum, ne pro habenda dicta elemosynâ ad alias Ecclesias divagentur.

VI. Duo semper in hoc Seminario ad minus pro nunc adsint Lectores, alter Controversiarum, & alter pro linguâ Arabicâ, & si possibile sit, addatur tertius pro linguâ Illyricâ, & remittitur prudentiæ Patris Superioris Generalis Cisfontani invenire Lectorem, qui utramque ex dictis linguis calleat, & non admittantur, nisi prævio examine, & confirmatione Sacræ Congregationis, iisdemque seridè injungatur sedulitas, & assiduitas in lectionibus, repetitionibus, & exercitiis, ac dicti Lectores, dum actu legunt, habeant præcedentiam modo, quo sequitur, nempe Lector Controversiarum, si fuerit Lector Jubilatus de non numero, inter Lectores Jubilatos de numero, ultimo tamen loco, si fuerit solum sexennalis, omnes Exdefinitores, Lectores Linguarum, si fuerint Jubilati, vel Sexennales eo modo, quo Lector Controversiarum; si tantum instituti Lectores Theologi, inter Exdefinitores juxta antiquitatem habitus, si non sint Lectores Theologi, & trigessimum annum compleverint, immediatè post Vicarium, si non compleverint trigessimum annum inter Lectores Artium cum prerogativa secundum morem, & Statuta Ordinis respectivè comperentibus, præcedant, incedant, & potiantur.

VII. Præfatus Lector Controversiarum binas ad minus singulis hebdomadis tradat in scriptis lectiones utiles pro locis Terræ Sanctæ, ac aliis respectivè locis, ubi Religio Missiones habeat, & post vespas earumdem agat conferentiam, frequentibusque exercitiis Studentes instituat, singulis verò mensibus tradat doctrinæ disputationes habeantur, intervenientibus etiam aliis Lectoribus, & Religiosis ejusdem Conventus. Alii autem Lectores linguarum ter in hebdomada legant,

ANNO 1710.

Quando ibi debeat morari.

Collegiales, & Lectores subsint in omnibus Guardianis.

Gaudent præcedentia uti Fratres de familia.

Vestiarium Studentibus à propriis Provinciis subministrandum.

Lectoribus verò ex pecuniis Terræ Sanctæ.

Indigentia sex Studentibus ex dictis pecuniis.

Item sex alii à Guardiano Conventus.

Elemosyna Missarum apud Sanctissimum curanda.

Numerus Lectorum.

Non admittendi nisi prævio examine, & confirmatione S. Congregationis. Injungitur assiduitas.

Præcedentia inter Lectores.

Onus Lectoris Controversiarum.

Onus Lectorum linguarum.

ANNO
1710.

& rerum, quas docuerint, repetitionem à Studentibus exigant singulis diebus, quibus legere tenentur, per horam post vespas auditores suos exercendo.

VIII. Prohibetur æquè Lectoribus, ac Studentibus diebus lectionum à Conventu egredi quàmque de causâ, nisi expletis integrè lectionibus, ac exercitiis ea die, qua fieri debent, & in hoc Guardianus diligenter incumbat, & si Theses eadem die habeantur, si ita expediens videbitur, absolutè licentiam denegat.

IX. Interdicitur pariter æquè Lectoribus, ac Collegialibus Quadragesimalium Concionum cursus aggredi, & solummodò permittatur Studentibus sermonem aliquem, aut Concionem interdum infra annum habere ob aliquam occurrentem festivitatem, aut quadragesima horarum, & similiter in Mensa, aut in Conventu, ad hoc ut prompti sint ad hujusmodi exercitium subeundum tempore Missionum, dummodò per id à studiis prædictis nulla penitus distractio sequatur.

X. A lectionibus, repetitionibus, ac exercitiis utriusque studii, nemo profusus ex Studentibus quocumque titulo, aut colore eximatur, aut unquam permittatur abesse, & si quis neglexerit, à Guardianò corrigatur, idemque fiat, si aliquem negligentem in exscribendis lectionibus, aut in dicendis studiis desidiosum reperiat, & tam Lectores, quàm Guardianus de omnibus Superiorum Generalem, ac etiam Sacram Congregationem certiorat.

XI. Senis quibuscumque mensis Theses Theologiæ, seu Controversiarum Arabico, Latino, & quatenus fieri possit, Illyrico idiomate habeantur, quibus Guardianus interesse teneatur ad dignoscendum eos, qui proficiunt, & monere debeat Patrem Superiorem Generalem de iis, qui forsitan studio hujusmodi minus vacaverint, ut valeant, illis submotis, alios subrogare.

XII. Curet Superior Generalis aliquem Religiosum deputare, qui ad ipsos Studentes singulis mensibus magno zelo, ac fervore Concionem habeat de Missionariorum muneris præstantia, de que peculiaribus ejusdem functionibus, quo spiritus Apostolicus in eis succendatur, ac perseveret, erudianturque in iis omnibus, quæ ad illud congruè, & cum Dei gloria peragendum pertinent.

XIII. Superior Generalis Familiæ Cismontanæ, vel alter ab eo delegatus, singulis saltem quatuor mensibus studium istud visitet, & si Studentem aliquem minimè proficientem invenerit, aliqua poenitentia injuncta, qua alii ab assumpto munere negligendo deterreantur, eum ad propriam Provinciam redire jubeat, & eandem Sacram Congregationem de remotione moneat, aliumque in remoti locum quamprimum subroget. Ultra verò præfatam Patris Superioris Generalis visitationem, Secretarius itidem Sacræ Congregationis idem Collegium bis visitet in anno absque Superiorum interventu, ut liberius queat statum, & necessitates Collegii exponere, adhibito secum dumtaxat aliquo Arabice linguæ perito, per quem possit Alumnos examinare, & de eorum progressu certiorare.

XIV. Singulis diebus Dominicis, & aliis festivis de præcepto præfati Collegiales in loco per Superiorem Cismontanum in Conventu destinando post vespas feriò, & cum opportunis observationibus explicent Religiosis Sacerdotibus, Clericis, & Laicis Catechismum Romanum, & unusquisque turnatim continet per mensem, quousque compleatur, & deinde de novo per ordinem incipiat, ad hoc, ut apiores evadant tempore, quo in Missionibus permanfuri erunt.

XV. Completo biennio singuli Collegiales jux-

tà Decretum die tertia Octob. MDCCVII. emanatum in Congregatione coram Sanctitate Sua, examinentur, præfente quoque Eminentissimo Protectore Ordinis, qui cum Superiore Generali eligat illos ad Sancta loca mittendos, & alios pro cæteris Missionibus eidem Eminentissimo benè visis, & referre dignabitur Sacræ Congregationi, & si nullus tunc temporis in promptu sit Terræ Sanctæ, vel Missionis locus, aut saltem non pro omnibus Collegialibus, à Patre Superiore Generali defendantur, ut inferius, in aliquibus Conventibus, quousque advenerit occasio juxta indigentiam, & opportunitatem transmittendi, & Sacram Congregationem certiorat, & si aliquis ad locum destinatum renneret, aut accedere negligeret, arbitrio Sacræ Congregationis plectetur, & adventibus novis Collegialibus, præmissis exercitiis spiritualibus, factoque juramento, illud ad Sacram Congregationem transmittat.

XVI. Ut autem dicti Ordinis Collegiales, aliquo etiam temporali præmio alliciantur, animoque libentius intendant ad Sacrum Missionum ministerium, ac consequenter studiis præfatis, veluti ad Missiones ipsas directis, infra dicendis privilegiis gaudeant, & potiantur.

XVII. Donec completo studio sese obtulerit occasio ad loca Sancta, vel alias Missiones accedendi, Pater Superior Generalis illos ad proprias Provincias revocet, colloctque in aliquo principali Provinciæ Conventu iisdem grato, ex quo, ipso Generali Superiore Cismontano inconulto, dimoveri nequeant.

XVIII. Iis verò, qui in Missione aliqua præfati munere per sexennium laudabiliter perfuncti fuerint, liceat in reditu aliquem ex principalibus, propriæ Provinciæ Conventibus sibi deligere, ac inter Lectores Jubilatos de numero præcedentiam habere juxta antiquitatem institutionis cum omnibus præminentibus per Constitutionem san. mem. Urbani Octavi concessis, & si jam iidem præfati fuerint Lectores Jubilati instituti, five de numero, five de non numero, potiantur præcedentia, & loco immediato ad ultimum Ex-Ministrum Provinciale in propria Provincia, nec non præminentibus eorumdem Ex-Ministrorum Provincialium in propria Provincia, ac si Officio Ministeriatus hujusmodi functi fuissent.

XIX. Liceat pariter iis, qui laudabiliter duodecim annorum spatio Sacræ Congregationi in Missionibus, vel in locis Sanctis inservierint, post reditum unum ex principalibus propriæ Provinciæ Conventibus sibi deligere eorumque locus sit (si jam non fuerint instituti Lectores Jubilati, vel Lectores sexennales) immediatè post actuales Definitores supra quoscumque alios; si verò jam fuerint instituti Lectores Jubilati, vel sexennales, & inservierint, ut supra, per octo annos post reditum ad propriam Provinciam, potiantur præcedentia, & præminentibus Lectoribus Jubilatis de numero concessis, servando inter se anterioritatem institutionis; Et si discedentes ex Missionibus pro negociis earumdem Missionum ad Urbem se conferant de licentia Sacræ Congregationis, maneat in dicto Conventu Sancti Bartholomæi, si commodè recipi possint, vel in alio Conventu Beatæ Mariæ de Araceli, & interim habeantur, ac si essent de familia quousque per Sacram Congregationem expediantur.

XX. Utque similiter tam Lectores Controversiarum, quàm Lectores, seu Magistri Linguarum, qui laudabiliter, & cum approbatione Patris Superioris Generalis Cismontani in prædictis se gesserint, aliquod præmium pro eorum laboribus consequantur, conceditur, ut si Lectores Jubilati de non numero per quadriennium, sexennales per octennium, & Lectores Theologi tantum instituti per

ANNO
1710.

Examinetur præfente quoque Eminentissimo Protectore, & defendantur ad loca sancta, vel ad alias Missiones.

Pœna inobedientium.

Privilegia Collegialium

Privilegia post reditum à Missionibus præfatis.

Privilegia pro Missionariis.

Privilegia pro Lectoribus Controversiarum, & Linguarum.

decen-

Quando facultas concedenda, aut neganda excundi è Conventu.

Prohibentur Conciones Quadragesimales ne diffrahantur.

superiores corrigant negligentes.

Quibus Mensibus: & qua lingua Theses faciendæ.

Singulis Mensibus Concio de Missionariorum muneris præstantia.

Visitatio faciendæ per Generalem, vel per alium ab eo delegatum.

Item per Secretarium S. Congregationis.

Collegiales turatim, & per mensem explicent Catechismum.

decennium legerint; non instituti verò Theologi, linguas per quinquennium docuerint, redeuntes ad propriam Provinciam, potiantur eadem præcedentia, & præminentia, quibus gaudent Lectores Jubilati de numero, servata pariter inter eos anterioritate Institutionis.

XXI. Studeat Superior Generalis Cismontanus deputare Procuratorem pro Missionibus, qui vel in Sancti Bartholomæi, vel in Aracelitano Conventibus commoretur, & unum socium gratum habeat, qui in gerendis negotiis Missionum eum coadjuret, & petita solita benedictione à Superiore locali, è Conventu exeat, qui quidem Procurator, vel per sexennium completum fuerit Præfectus, aut Officialis locorum Terræ Sanctæ, vel per decennium Missionarius, aut in servicio Terræ Sanctæ per idem tempus permanerit. In his omnibus Sacra Congregatio conscientiam Superiorum Ordinis familiæ Cismontanæ onerata esse voluit, eorumque arbitrio reliquit Regulas (supradictis tamen firmis remanentibus) tum exactam regularem disciplinam, tum studiorum profectum respicientes, & per eandem Sacram Congregationem approbandas.

§. 3. Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat, memorati Cardinales, facta sibi per Dilectum Filium Secretarium prædictæ Congregationis omnium, & singularum Regularum hujusmodi distincta relatione, unanimi consensu illas approbantes, confirmandas esse censerint: Hinc est, quod Nos inviolabili earamdem Regularum robori, & efficacie providere volentes, supplicationibus eorumdem Cardinalium Nobis super hoc humiliter porrectis benignè inclinati, easdem præinstructas Regulas cùm omnibus, & singulis in eis contentis autoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementus: Salva tamen semper in præmissis autoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas, ac Regulas hujusmodi semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sique in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit præfati Conventus Sancti Bartholomæi, & illius Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ

adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 21. Januarii 1710. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

F. Oliverius.

DECLARATIO

Nullitatis, damnatio, ac reprobatio quarumdam Pactionum a Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Hildesienfis cum Acatolico Principe initarum, ejusdem Cathedralis, aliarumque Ecclesiarum, & locorum piorum Juribus præjudicialium, nec non orthodoxæ Fidei rationibus, divino cultui, animarumque saluti adversantium.

Dilectis Filiis Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Hildesienfis.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ubi primùm, vel ipso rumore publico nunciante, Nobis innotuerunt Pactiones illæ, seu, ut vocant, Recessus, quibus Vos diebus 21. Julii, ac 26. Novembris Anni præteriti, tametsi invitatos, ut credimus, & reluctantes, ac non nisi angustiarum, quæ tunc Vobis illata fuerant, sensu, majorumque, quas timebatis, metu compulsos subscripsisse accepimus, acerbo sanè, ac penè inexplebili dolore correpti fuimus: animo recolentes gravissima damna, quæ per ejusmodi Pactiones, non tam istius Ecclesiæ, quàm Catholicæ Religionis rationibus irrogata fuisset perpendimus. Culumulm deinde addiderunt moxiori nostro, quæ novissimè ad manus nostras pervenerunt, ipsarum Pactionum, seu Recessuum exempla, quibus non modò pura capita Vvestphalicæ Pacis dudum hac Sanctâ Sede damnata, perperam instaurari, & approbari vidimus, sed & alia multa non minus Orthodoxæ Fidei, Divino cultui, atque animarum saluti adversantia, quàm Canonicis sanctionibus, nec non Ecclesiæ vestræ Hildesienfis, ac illius Episcopi, Capituli, & Canonicorum, aliarumve Ecclesiarum, & Locorum piorum, eorumque personarum juribus prorsus repugnantia statui, ac firmari cognovimus, quæ, ut pudori vestro consulamus, singillatim referre prætermittimus.

§. 1. Et sanè unquam adduci potuissimus, ut crederemus pietatem vestram eatenus labefactandam fuisse, ut ad tam asperas, vestroque nomini injurias condiciones accipiendas descendere: cùm præsertim Nos iteratis in simili formâ Brevis ad Vos opportunè datis Literis ad æquissimam causam alacri, strenuèque animo tendam pro muneris nostri debito majorem in modum Vos adhortati essemus, ac diligenter in primis admonuissimus, ut probè nostis, ne cuiuscumque denunciationis periculi, aut privati commodi ratione Vos abripi sineretis ad ulla in eundas pactiones, quæ Catholicæ rei forent detrimento; conscripsisque insuper, statim ac audivimus ab Acatolico Principe militares copias ad occupandam Civitatem Hildesiensem, atque Arcem Peinensem immixtas fuisse, non tam ad clar: me: Josephum, dum viveret, Romanorum Regem in Imperatorem Electum, eoque subindè defuncto, ad Charissimam in Christo Filiam nostram Magdalenam Theresiam Hungariæ, & Bohemiæ Reginam Illustrè, in Romanorum Imperatricem

Elect-

De Procuratore Missionum deputando per Generalem.

Quantum tempus requiratur, ut quis Procurator Missionum eligatur.

Approbatio, & confirmatio.

Decreta roborantia, & salutaria.

Clausula derogatoria.

Transumptis eadem fides adhibenda, ac præsentibus.

CXI.

Exordium à Pontificio marore ob ingentia detrimenta, que per Pactiones à Capitulo initas cum Acatolico Principe, Religionis, Ecclesiæ, ipsique Capitulo inferebantur.

Capitulum acriter, sed pareris vocibus increpat, quod ad ejusmodi Pactiones firmandas descendit, cum potius extrema quoque constituter pati debuisset.